

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus ac
cum uariis

Multa nos incommoda exagitant, quam male conueniat nobis hoc corpus. Nunc de capite, nunc de uentre, nunc de pectore aut de faucibus conquerimur; aliquando nerui nos, aliquando pedes uexant, nunc detractio, nunc distillacio; aliquando superest sanguis, aliquando deest; hinc atque illinc temptamur. Hoc euenire solet in alieno habitantibus. Hoc enim corpus non domus sed hospicium et quidem breue hospicium quod relinquendum ubi te grauem esse hospiti uideas.

Seneca ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

faucibus] facibus M; distillacio] aliquando nerui nos aliquando pedes uexant nunc detractio nunc distillatio *add.* v¹; *ibidem om.* C M P V¹ V² L¹ L²